

Lyckönskan då den  
edle, högachtade  
och höglärde  
herren her  
Matthias  
Swederu...

Preutz, Friderich Nilsson  
von,

*1 Ic Fol.*



National Library  
of Sweden



# Lyckönskan

Då Den Edle/ Högachtade och Höglärde Herren

## Her MATTHIAS SWEDERUS

Widh den Kongl. Academien i Åbo Widtberömbd

Juris Rom. & Svec. Professor.

B R U D G U M M E N:

Medh

Den Phreborne/ Gudsfruchtige och Dygderike Jungfru

## Jungf. ANNA H. S. L. A. W. S.

B R U D E N

Sin Hedersdagh wthi Förnähme Gåsters närwaru firade i Åbo

den 3. Julii Anno 1688.

Wthi Förnähme Contrahenterne til Wålmeent och Skyldigh Tienst

fattad



Tryckt af Johan Winter/ Kongl. Booktr.



113

1688  
36.



By Aurora prydh din Himmel medh din liufwa Mantell Rödh/  
Wäck vp Phœbi blüda Strimmor / tagh bort Jämmer Sorg och Rödh/  
Bort all Töckn/Moln/Dimba/ Frögdesoolen gör at groor/  
Hwad i Lufften flyger/ simmar/ går/ å Jorden bygger/ boor.

Himmel ach! hwad Lust och trefnat gier den söta Sommar Tidh/  
Alt hwad Himlen gifwit Lefnad leer äth Titans anleet blüdh;  
Lärckian sungen/ titrar/ qwittrar Foglar/ Diur å Skog och Land/  
Tuppen knorrar/Orren kuttrar/ Fischen lecker wid wår strand.

Löfwen ruska/ i hwar Buska finner man en bäddad Sång/  
Til sin Daphne hastar Cloris på en Blomster-zjrad Ung /  
Medh sin Båga/ Roger/ schakta Cupido han är ett seen/  
Weet at lämpa Dydigt Hierta til en Dygdigh Kärleekreen.

Sij så fram för andra Stjärnor/ Solen skijner blanck och klar/  
Dch af Firmamentes Lärnor/ Prässen bort allena taar/  
Sij å Jorden wackert präblar Tusend skönste Tulipan,  
Medh Narcisser och Violer, Hyacinther, Majoran.

Aolus sin Krafft vthbreeder öfwer Åker/ Skogh och Marck/  
Gröna Dwishtar sigh bereder af en när förtärkad Barck/  
Lagar så at alt sigh para/ ja och sielfwa torra Trään/  
Sprüda vthi mynogh Skara/ Dwishtars Grenars sagert Brääm.

Cynthia och Titan deela all sin Tienst äth Werlden wiidh/  
At ett wed Dimskiffen seela skal af Frögden någon Tidh/  
Hwarcken nätter/ dagar/ qwäller; sij en Rodna liuf och klaar/  
Bädar oss en liufli Morgon förn wij weet hwad Åfston war.

Må då icke billigt röras Sinne/ minne/ Wett och Skähl/  
Hoos en Adam när han höra sår så liufft ett klingand wäl/  
Doek blott Paradys ett nöjjer des förstälte ädla Modh/  
Om ett til des Hierta böjer sigh en Dygdigh Eva godh.

Her BRUDGUMME Eder lyckligh man då billigt priffa bör/  
At en Nichte ädell Kärleek i Ehr Sköte Venus föör/  
Dch i liff dhe mogna Palmers-Dwishtar/ sambnar Makan sköön/  
Flora, Pallas, Ceres, Juno, det föråhra Ehr til Lööm.

Leef derföre sälle samman I förente ädla Paar/  
Wijs ett Teckn medh stoor Samman til en Kärleek reen och klaar/  
At Ehr innan Åhret Andas måge nämpna Mohr och Fahr/  
Liufwa Plantor och vpwåra vthi Dygd och Sägring raar !!!

FRIDERICH Von BREUZ.

Illuxit dies,  
Qvo amœnissima gratiæ flosculi,  
In ipso veris regno vernalia decora  
Solenne & debitum canticum  
Exposcunt:  
Non opinionis ergo aulicoqve schemate  
Non perfunctoria simulatione in fucos constatum,  
Sed seria, sincera bonaqve fide, pietate pari  
Adornatum.

*Ut Virum Consultissimum & Amplissimum*

**Dn. MATTHIAM SWEDERUM**

In Regio Doctrinarum ad Auram Palladio  
Juris Rom. & Svec. Profess. Ordin.

Celebremus.

Habet enim hoc illustrium virorum claritudo,  
Ut non perpetua minus quam gloriosa.

Ævum pariter ac orbis spatia emetiatur,  
Tam ignara coerceri mortalibus induvis,

Quam dedignans exuviis  
Commori.

Quis igitur officia detrectat,

Quæ religio piis, eruditio doctis, prudentia cordatis  
Facile inculcant?

Tum.

Tanti viri æstimatio eruditorum

Non maligna, nec subdola, quam fædè spirant

Homines præter inanes glorias flare nihil docti,  
Arrogantes, rudes, annorum verborumque jactantiâ  
Strepituque inani venditari amantes pro oraculis.

Sed simplex & ingenua,

Quæ

Ignorantiam in probris,

Eruditionem inter pulcherrima,

Virtutem inter præstantissima numerare didicit:

Quæ velut fatalia fulcra seculi fortunam sustentarunt:

Quæ omnes amant, qui tempora moribus,

Non titulis speciosis

Censent.

At Nemo expectet,

Ut vel eam laudum copiam pertinacemque memoriam,

Vel eam in docendo fidelitatem, sinceritatem, candorem,

In agendo perspicaciam, celeritatem, dexteritatem,

Quæ usibus humanis & perennitati famæ destinantur

Conquirere annitar, aut memorare aggrediar.

Vult enim

Hujus argumenti & amplitudo explicari,

Et gravitas ostendi & magnitudo splendescere,

Et varietas exundare, & virtutes immortales

Solutiore Rhetorum instrumento interpolari,

Eloquentiæque robustissimis operibus deprædicari,

Firmari, succrescere.

Subsistam itaque

Tot meritorum insignium enumeratione

Ad panegyrica canenda haud compositus,

Non defectu materiæ, quæ tot virtutibus scatet;

Sed virium diffidentiâ & jejunio dictionis,

Ne de grandibus tenuiter, de sublimibus

Humiliter dicendo,

Illum secutus videar morem,

Quem taxant eruditorum voces gravissimæ,

Aversantur dignissima cordatorum exempla,

Fugiunt ac detestantur.

Unum dicam:

Tanto viro natura suas vires, prudentia suas artes,  
Fortuna suas opes lautissime indulserunt:  
Hinc indoles magnis rebus efficiendis moliendisque par erat:  
Fructum incomparabilis studii delibarent multi,  
Qvi & copiose & gloriose merito prædicabunt.

Jam Deus,

Qvi mortalium actiones sacra moderatione dispensat,  
Animum in futuris providum, in dubiis solertem,  
In eligendo perspicacem, in agendo celerem,  
In ordinandis compositum, eo direxit,

Ut tori sociam,

Sui inter labores, occupationes & molestias, adjutricem,  
Oblectationem, desiderium oculorum, ornamentum domus,  
Dei benedictionem, præmium pietatis, penam virtutis,  
Optimum inter omnes divitias sibi adjungeret,

*Virginem natalibus splendidissimam*

ANNAM G E S T I N U M

Quam

Pietas in Deum unice directa,  
Cordata, seria, efficax & indefatigabilis:  
Innocentia morum, incorrupto vitæ tenore conspicua,  
Castitas & innocentia, quæ paucissimis,  
Et non nisi singulari Dei munere contingere solent,  
Mire decorant:

Itaque

Nunc Pietas vestra in portu est,  
Nunc modestia vestra extollitur,  
Nunc fulget gloria vestra, vestra nunc spes  
Expletur.

De cognitis tanquam in posterum auguremur:

Quanta sit futura felicitas, quæ *divinæ*

Quibus tot muneribus blanditur cælum,

Tot invitamentis aridet fortuna,

Tot amicitia firmissimæ hortamentis

Suffragatur Genius,

Omnibus vota misceam,

Quibus

*Vos vivere, Vos germinare, Vos valere exoptem.*

Nulla vitæ fors, nullus temporum status,

Nullus fortunæ casus, nullum atri doloris

Vel cogitatu triste ac formidolosam genus,

In seculo

Confusæ calamitatis & desperatissimæ improbitatis,

Inter hos periculorum ubiq̃ expositorum laqueos,

In hoc feroces minas minitante mundo

Malorumq̃ Iliada portendente, tantum erit,

Cui, non levamentum aut adjumentum

Cælitus accedat!

Tandem

Servet Vos aternitas in conspectu Dei,

In Angelorum consortio, in beatorum sedibus:

Ubi videbitis, amabitis, laudabitis

Sine fine, sine fastidio,

Sine fatigatione !!

JOHANNES FORTHELIUS

*Gestricium.*